

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 212. In pœnitentiam imponi potest opus aliàs præceptum. Etiam  
oratio, eleêmosyna, &c. pro defunctis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

cludit: vide ergo, quicumque judicas secundum caput tuum, injungendo paenitentiam, non taxatis circumstantis; quia in magno periculo es, decipiens te & paenitentem, si arbitris aliter paenitentiam, quam Spiritus sanctus dictavit, illi paenitenti imponendam.

<sup>2599</sup> Paenitentia sunt quidem arbitriae, hoc sensu, quod juxta veteris Ecclesie disciplinam non sunt necessarii imponenda; non sic tamen ut Sacerdos eas imponere possit secundum besplacatum suum, sed secundum placitum Dei, regulaque iustae discretionis; in toto non abjicendo veteris Ecclesie rigorem, sed ad eum, quod fieri potest, accedendo, spectata gravitate criminum, & facultate paenitentium.

## CAPUT CCX.

Paenitentiam ab uno Confessario impositam aliis Confessoriis mutare non potest, nisi causa cognita, & graves ob causas.

<sup>2600</sup> RATIO sumitur ex Tridentino sess. 14: c. 5. quia constat, Sacerdotibus iudicium hoc, incognitam causam, exercere non posse, neque aquitatem impensis injungendi, vel moderandi, aut commutandi servare. Ufus tamen & praxis Ecclesie hanc Confessarii potestatem tribuit, dummodo discreta, causa cognita, iustamque ob causam id fiat. Ita S. Raymundus lib. 3. §. 66. & S. Antoninus 3. p. tit. 14. c. 15. Quia plerisque id expediri animarum saluti, pro qua Sacramentum est institutum.

Nec tamen id extra Sacramentum fieri debet, sed in Sacramento. Cum sit actus iudicij sacramentalis, seu jurisdictio clavum ligandi & solvendi, quae nonnulli in Sacramento exercetur. Nec idem par in parem exercet imperium, sed in subditum, seu paenitentem, secundo Confessario iterata priori confessione & subiecitem. Nulla proinde hic intervenit appellatio, sed iterata dumentata causa subiectio, facta aequali Judici, eamdem habent potestatem moderandi, vel commutandi, quam primus Confessarius habuit. Nisi paenitentia imposita fuerit ob peccata reservata. Quo cau ab eo solo moderari commutative potest, qui in reservata habeat potestatem.

<sup>2601</sup> Ipse tamen paenitens non potest eam in aliam, licet maiorem, propriâ mutare autoritatem. Cum propriâ autoritate solvere nequeat vinculum, quo ligatus est per legitimum Judicem.

Similiter propriâ autoritate substituere sibi alium non potest, qui paenitentem (v.g. peregrinationem) loco suo adimplat, sed eam perfonnali adimplere debet, ut declaravit Alexander VII. in damnatione propositionis 15. inter 45.

## CAPUT CCXI.

Paenitentia imponenda est per modum precepti, non ex toto per modum consilii.

<sup>2602</sup> Quidam imponenda est ex potestate ligandi. Qui autem nihil praescribit, sed solum confundit, non ligat.

Pars tamen paenitentiae consultive imponi potest, vel disjunctive injungi, dicendo v.g. fac hoc, si potes; si non potes, facias istud. Sic enim Sacerdos adhuc ligat ad alterutrum. Ita S. Thomas quodlib. 3. q. 13. art. 1. ubi etiam docet, quod opus quod quis facit ex intentione Sacerdotis, dupliziter valeat paenitenti. Uno modo ex natura operis. Alter modo ex vi clavium. Cum enim sacerdotio, à Sacerdote absolvente iuranda, sit pars paenitentiae, manifestum est quid in ea operari vis clavium, ita quod amplius valet ad extirpationem.

Tom. III.

dum peccatum, quara si proprio arbitrio homo faceret idem opus.

Unde concludi, utilissimum esse & expediens, <sup>2603</sup> quod Sacerdos post injunctam paenitentiam, datumque absolutionem, dicat paenitenti: quidquid boni feceris, & mali inflimeris, sit tibi in remissione peccatorum, &c. quodque hec omnia ipsi paenitentia injungat. Quia hec omnia que per injunctionem expressam fecit (paenitens) accipiunt majorem vim ex illa generali injunctione, tametq; indeterminata. Ita etiam S. Raymundus apud Nicolaum de Aufino in Supplemento Pisanelle verbo paenitentia 2. S. Antoninus 3. p. tit. 17. c. 20. ante §. 1. S. Vincentius Ferrerius Dominic. 15. tert. 2. §. quantum ad quartum. Joannes de Burgo in Pupill. ocul. c. 10.

Utilissimum quoque erit paenitentem hortari, <sup>2604</sup> ut quotidie, & frequentius externo Patri maxima cum fiducia pro peccatis suis offerat. Unigeniti sui passionem, pretiosumque sanguinem, in coquise fordeisque suas laver, atque inde speret supplementum ejus quod deest sue imperfectioni atque infirmatii. Est enim modus optimus evitandi purgatorium, vel salem longissimum acerbissimumque purgatorium in brevem & levem commutandi, ut Christus revelavit S. Gertrudi, & S. Mechtildi, & B. Henrico Sulzoni, prout videre est in eius vita c. 42. & in vita S. Gertrudis 1. 3. c. 18. & S. Mechtildis 1. 1. c. 17. 18. 30. 1. 3. c. 14. l. 4. c. 21. &c. Videri potest etiam Ludolphus de Saxonia in vita Christi p. 2. c. 58. Lansbergius 1. 2. alloquiorum Jesu Christi ad animam fidelem p. 1. c. 4. & 5. Blotius in farrag. utili. institut. tit. hæc sunt notata digna. Necnon in Specul. spirit. c. 7. & 9. Et lib. 2. Enchirid. parvul. in Append. docum. 3.

Addit Albertus Magnus, devotam & quotidiam Dominice passionis recordationem, cum simplici humiliique corde, fiducia in meritis illius, oblatione pro peccatis, gratiarum actione, & imitationis proposito conjunctam, plus homini valere, quam totius anni jejunium in pane & aqua, vel quotidiam flagellationem, etiam usque ad sanguinis effusionem.

Idem cetero de eo, qui quilibet adverba, tamquam iultu à Domino immisita, cum Job benedicendo suscepit; quilibet etiam injuries, & offensas sibi illatas ex animo dirimit, omniesque afflictiones istas aeterno Patri quotidie offert in unioni injuriarum & passionum, quas Christus sustinuit, gaudens sibi suppetere occasionem sic Christo compatendi. Sicut & de eo, qui miseriis proximi ex animo compatitur, & ut potest, charitativè succurrat, ex affectu in eo imitandi charitatem & misericordiam Christi. Telle namque Evangelio, talem erga se sentiet Deum, quem se exhibuerit erga proximum. Nec dubito, quin proxime diebus exercitus, simul sumptis, peccator, etiam enormis, paenarum omnium quas promeruit, etiam abique gravi sua carni maceratione, remissionem aliquando obtinere posset.

## CAPUT CCXII.

In paenitentiam imponi potest opus alias preceptum. Etiam oratio, elemosyna, &c. pro defunctis.

<sup>2605</sup> RATIO prioris partis est, quia opus non definitum est, vel disjunctive injungi, dicendo v.g. fac hoc, si potes; si non potes, facias istud. Sic enim Sacerdos adhuc ligat ad alterutrum. Ita S. Thomas quodlib. 3. q. 13. art. 1. ubi etiam docet, quod opus quod quis facit ex intentione Sacerdotis, dupliziter valeat paenitenti. Uno modo ex natura operis. Alter modo ex vi clavium. Cum enim sacerdotio, à Sacerdote absolvente iuranda, sit pars paenitentiae, manifestum est quid in ea operari vis clavium, ita quod amplius valet ad extirpationem.

Ffff 2

1610 Ratio posterioris partis est, tum quia similiter oratio & eleemosyna non definit esse satisfactoria, ex quo pro defunctis fiat. Tum quia iussus à Confessario talera vel talem orationem, eleemosynam, seu aliam penitentiam facere pro defunctis, non ideo definit ex opere operato satisfacere pro defuncto. Ut enim n. 2603 dixi ex sancto Thome, *opus quod facit ex injunctione Sacerdotis duplacter ualeat penitenti.* Uno modo ex natura operis, id est ex opere operanti. Alio modo ex *elatione*, id est ex opere operato. In dicto vero causa valorem operis sibi ex opere operantis sic applicat defunctis, ut valor eiusdem ex opere operato maneat sibi, ut pote quem pro arbitrio suo alienare non potest.

## CAPUT CXXIII.

*Penitens, antequam sit justificatus, pro peccatis suis satisfacere potest, dummodo depositum effectum ad mortale peccatum, opera que satisfactoria faciat corde contrito, & sanguigene per opera illa amissam Dei gratiam recuperare.*

1611 **A**ltis fiduciorensis 4. p. Summe, cum quibusdam aliis Veteribus, censur iteranda penitentias quaecumque extra statum gratia factas. Rationem dat S. Antonius 3. p. 11. 14. c. 20. §. 2. *quia in hoc concordant omnes, quod satisfactio facta in mortali, sicut nec alia opera, valent in foro Dei ad tollendum, vel minuendum debitu penae pro peccatis, ad quod ordinatur omnis satisfactio.* Similia habet S. Thomas Supplm. q. 14. a. 2. Et 4. ad Annibaldum dist. 22. a. 2. ad 3. ubi propria dicit, *quod pars satisfactio facta in mortali oportet quod iteretur.* Eo quod, ut dixerat dist. 15., ne sublatu quidem peccati obice reviviscat. Non enim potest reviviscere quod vitia caruit.

1612 Ipsomet tamen S. Doctor Supplm. q. 14. a. 2. ad 3. satis influitat, immo articulo isto tertio ad 1. aperte declarat, se id intelligere de satisfactio facta cum affectu peccati mortalis, vel quae non fit corde contrito, satagentaque per satisfactioen illam sic disponere ad reconciliacionem cum Deo. Neque enim ea qua fit ante Spiritum sanctum inhabitantem, sed per fidem & gratiam spiritus sancti moventis cor penitentis ad reconciliacionem cum Deo, est opus planè mortuum, sed vivum; non vita perfecta, sed inchoata, prout imperfecta contritus & confessio facta corde contrito in ordine ad absolutionem, per quam deinde peccatorum obtinetur remissio, gratiaque justificantis infusio. Quemadmodum enim imperfecta contritus & confessio effectum suum ex opere operato fortiuscunt accedente absolutione; ita & similiter satisfactio à Confessario injunctione, cordeque contritus ante absolutionem peracta. Neque enim fructuatorum esse, sed fructuosam praxis Ecclesie, tam veteris, quam modernae, demonstrat. Si enim satisfactioen taliter factam Ecclesia conferat, & olim censuerit fructuatorum, eam ante absolutionem fieri olim non jussisse, nec modo subinde juberet. Id autem olim frequenter iussit, sicut & hodie iustis de causis subinde juberet.

1613 Quemadmodum igitur imperfecta contritus & confessio, corde contritus per fidem & gratiam spiritus sancti moventis facta ab homine nondum justificate, non est opus planè mortuum, sed vivum, taliterque confitens & contritus non est omnino mortuus, sed vivus, vita proximè dicta. *Juxta illud Augustini serm. 8. de verb. Dom. secundum Matth. quare confiteris in accusatione ipsius tui? quare confiteris, nisi quia ex mortuo vivide juberet.*

*vix factus es?*) ita etiam satisfactio ex fide & gratia excitante, &c. non est opus mortuum, sed vivum, & factum ab homine, qui non est omnino mortuus, sed vivus modo dicto: nec est opus fructuatorum, sed utile ad salutem, de conguroque meritoriorum. Distinguendam quippe esse vitam ducentem, unam per gratiam spiritus sancti cor moventis & excitantis; alteram per gratiam spiritus sancti inhabitantis, Pius V. & Gregorius XIII. declararunt per Bullam, quâ articulos vulgo Bajanos proscripterunt.

Nec obstat Apostolus 1. Cor. 13. dicens, *Si diliguero in cibis pauperem omnes facultates meas, charitatem autem non habuero, nihil mihi proficeret.* Talis enim revera charitatem habet, si non habitualem, saltem actualiem. De qua Apollolo sermonem esse, constat ex eo quod penitenti nondum reconciliato haud dubie profluit, non solum orationes, eleemosynas, lachrymae, gemitus, ieiunia, aliaque opera bona, quibus se disponit ad reconciliationem cum Deo; sed & actus fidei, spei, & initialis dilectionis Dei, tamquam fontis omnis justitiae, contritionis inde conceptae, sicut & ceterorum actuum, quibus peccatorum ad gratiam justificantem disponi Tridentinum docet 1. c. 6.

Non obstat etiam ratio S. Thome super*non potest reviviscere quod vitia caruit.* Tum quia satisfactio, de qua agimus, non omnino vita caruit. Tum quia ad hoc ut effectum suum operetur ex opere operato, non est necesse quod reviviscat, sed solùm ut superveniente absolutione vivificetur vita perfecta, quae jam vivit vita inchoata; eo unique modo quo confessio, & imperfecta contritus. Siquidem confessio, imperfecta contritus, & satisfactio (per sublequentem affectum peccati mortalis non mortificata) superveniente absolutione (cum qua mortaliter unijunt, velut partes materiales cum formalis, unumque cum ipsa faciunt sacramentum, sicut materia & forma compositum unum) vivificantur vita perfecta per gratiam sanctificantem, quae ex opere operato timul cum eadem absolutione producent. Hoc modo intellige quod Catechismus Romanus ait: *necessus est ut ut quis Deo satisfaciat, subiungat Dei amicis.*

Ilud tamen verum est (in quo Veteres concordant) quod satisfactio, five ante, five post absolutionem, facta cum affectu ad mortale peccatum, non valeat in foro Dei ad tollendum debitum ponere pro peccatis, ut nec oratio, nec eleemosyna haec facta. Tametsi non omnis satisfactio taliter facta, iteranda sit, iuxta S. Thomam citata q. 14. a. 9. ad 3. cd quod (inquit) aliqua satisfactio facta est, ex quibus manus aliquis effectum in satisfactiobus, etiam postquam actus satisfactio factus transit, sicut ex ieiunio manus corporis debilitatio, & ex eleemosynarum largitione substantia diminuitur. Et sic de similibus. Et tales satisfactioes in peccatis factae, non oportet ut iterentur. Quia quantum ad hoc quod de eis manet, per penitentiam Deo accepte sunt. Et sic valent in foro Dei ad tollendum debitum ponere. Satisfactioen autem, quae non relinquunt aliquam effectum in satisfactio, postquam actus transit, oportet ut iterentur, sicut orationes, & alia hujusmodi. Adiu autem interior, quia totaliter transit, nullo modo vivificatur, sed oportet ut iterentur.

## CAPUT CXXIV.

*Absolutio & universum necessarium non est ut impoena satisfactio ante sacramentalem absolucionem impleatur.*

1614 **T**ametsi enim graviorum criminum rei, *scilicet* unum düm veteris Ecclesie disciplinam, regi-